



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Praxis Episcopalis**

In Qva Episcoporvm Non Tantvm, Eorvmqve Vicariorum munus; sed  
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum  
ac dubiorum indies occurrentium Resolviones ... quàm brevissimè  
continentur

**Zerola, Tommaso**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Locatio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10421**

## LITERÆ APOSTOLICÆ.

(Cautè lege, nam sunt hac contra auctoritatem Apostolicam, & Iurisdictionem Ecclesiasticam.)

PRIMÒ, literæ Apostolicæ an possint examinari, & revideri per Regios officiales, & super ex expediti exequatur, ad hoc ut debitæ executioni mandentur? & videtur, quod non, per Bullam Cœnæ Domini, Navar. cap. 27. num. 68. tamen Covar. præf. quest. c. 35. num. 1. ait hoc sic: i pōste, & ita practicari in Hispania, & Gallia, & sic vidi practicari indifferenter in regno Neapol. & ad Bullam potest responderi, quod non sit ad impediendum, sed ad videndum, & examinandum. PRIMÒ, an continueant aliquam subreptionem, vel obreptionem. SECUNDÒ, an quod conceditur, sit jurisdictionis Regiæ, literæ Papæ tam justitiae, quam gratiosæ, si perendantur, an probari possint per testes? vide Abb. in c. cùm olim, num. 2. de privil. facit quod si Papa facit aliquem Episcopum in regno, Rex potest dicere Papam, non accepto eum in Episcopum, quia habeo eum suspectum de proditione, vel propter ejus aliquod interest, non compellit ut illum admittere, & hoc esse in viridi observantia ait Afflict. in Pralud. Constit. reg. q. 8. idem Joan. de Selva tract. de benef. 2. par. q. 23. num. 2. ver. 7.

SECUNDÒ, literas alicujus aperiens, & ostendens adversario, punitur criminē falsi, Diaz Praef. crim. Can. 96. Sylv.

ver. falsarius, §. 1. Navar. 18. nn. 33. Secus vero, quando non adest malus animus, sed potius ex quadam curiositate illas aperiret: quia tunc non esset nisi veniale peccatum, Cajet. in ver. litera, Sylv. eo. ver. sed terretur ad secretum. Sot. de rat. teg. & deteg. secr. n. 171.

TERTIÒ, quid si essent literæ Judicis, & eas quis aperiret, vide in cap. olim, il. 2. de offic. deleg. & e. olim, de rescrip. gl. m.c. quanto, de his quæ sunt à Pral. sine consensu.

## LOCATIO.

PRIMÒ, de hac materia, vide plura in ver. alienatio, & in ver. colonus. hic vero nota. Primum, an qui conduxit rem aliquam, finita locatione videatur reconducisse, & illo titulo possedisse; Boer. decif. 58. num. 9. dicit quod sic, per L. item quarus, §. qui impletum tempore cum l. seq. ff. locari. nec hoc contradicit sententia Cov. relata à me, in ver. alienatio, §. 3. d. cito 2. qui ibi loquitur, quando hoc fieret per plur. triennia, quorum uno finito incipiat alterum; hic vero non, sed clauso primo incipit iterum possidere.

SECUNDÒ, an in hac tacita relocatione, sive reconductione, veniant omnia, quæ erant in locatione seu conductione priori contenta; Boer. decif. 284. num. 14. dicit quod sic, nisi ea, quæ sunt in praecedentibus tertii, utputa fidejussionis.

TERTIÒ, locator primò potest propria auctoritate capere possessionem rei commissæ per cessationem canonis

P p 3      nota

non soluti, gl. in l. fin. C. de jure emphyteu-  
cum ipso jure talis res emphyteutica ca-  
dit in commissum. Secundò, licet stylo  
Curiarum aliquarum requiratur decla-  
ratio commissi facta per judicem com-  
petentem, citata parte, & auditam, per  
cap. licet Episcopus, cum glo. in ver. voca-  
to, de prab. lib. 6. Guid. Pap. quest. 107.  
num. 1. & ita servatur ubique in praxi  
quotidiana: Facit quod notatur *infra*,  
*ver. privatio*, §. 5. & 6. & Bald. in  
*Marg. Innoc. in verbo, emphyteuta, qu.*  
2. & Innoc. in cap. potuit, num. 1. de rer.  
permis. ubi ait auctoritatem Judicis es-  
se necessariam.

Quartò, dominus ait teneatur resar-  
cire domum constructam in fundo  
suo, quem dedit in emphyteusim, caden-  
tem propter non solutionem Canonis.  
Respondetur quod non. Fallit primò, in  
usufructario, quo mortuo, heres potest  
patere melioramenta, Guid. Pap. q. 438.  
Fallit secundò, in feudatario melioran-  
te, vel aliquid ædificante in feudo, idem  
decis. 169.

Quintò locator, seu conductor, ces-  
fans a solutione Canonis potest purgare  
moram, c. potuit, & ibi gl. in ver. cler. de  
locat. & cond. sed hoc ante litis contestationem,  
& ut vult Guid. Pap. q. 122. nu.  
1. usque ad calculum sententiae, an, &  
quando purgetur mora in peccatis incur-  
sis ipso jure, vide Gem. in c. cupientes, §.  
quod si per viginti, num. 4. & 5. de elec. lib.  
6. & Guid. Pap. q. 223. num. 1. fallit hoc;  
quod non purgetur mora, quando facta  
est, sive præcessit geminata interpella-  
tio, Capyc. decis. 16. num. 4. vide omnino  
Bal. in Marg. Innoc. in ver. emphyteuta,

ubi ait non gaudere tempore legali em-  
phyteutam, seu conductorem juran-  
tem, per l. si quis major, C. de transact. &  
Anch. cons. 418. & Rodoa. tract. dreb.  
Eccles. non alien. quest. 174. dicit anno  
1457. se obtinuisse purgationem moræ  
post sententiam devolutionis in Marg.  
Cur. Vicariae: tamen Caputaq. dec. 234.  
par. 2. dicit, non purgari moram, post  
quam facta executio à jure, vel ab ho-  
mine, & ita dicit fuisse tentum idem  
decis. 414. par. 2. ergo datur purgatio  
moræ post sententiam ante exequitionem.

Sextò, commissum emphyteutica-  
riæ non habet locum in pupillo, & ei  
non currit triennium secundum aliam  
opinionem Bar. Cyni, & Dyni, quam  
non admittit Guid. Pap. q. 416. nu. 1. &  
2. non postea restituitur, & adulto licet  
currat dictum tempus, tamen restitui-  
tur, idem ibidem, num. 3. vide multa in  
quest. 31.

Septimò, emphyteuta in partem sol-  
vens, & in partem non, non cadit in com-  
missum, Guid. Pap. quest. 174. & 416.  
num. 3. Tiraq. de ultro. retr. tu. §. 4. nu.  
25. similiter si non solverit dominio pec-  
uniam, quam debebat priori emphy-  
teutæ in tantum teneatur, non cadit in  
penalibus, datur compensatio de ju-  
re. Guid. Pap. decis. 174. num. 2. Ti-  
raq. loc. cit. §. 3. gloss. 13. numer. 4. bona  
fides: de proc. Rodoan. tract. de reb. Eccl.  
non alien. quest. 79. numer. 9. tamen Ca-  
putaq. decis. 182. p. 1. dicit, quod ex de-  
fectu unius obuli causatur caducitas,  
quod probat ex multis Doct. & ex Ro-  
ta, & multa de conductore, vide ibi per  
multas

## LIMITES, ET TERMINI.

Multas decisiones, & oblatio facta ad evitandam moram non valet, si non est integra, id est, si non offert totum illud, quod est liquidum, idem decif. 268, par. 5.

Ostavò, emphyteuta non potest donare rem emphyteuticariam irrequisito domino, Guid. Pap. q. 46.

Nonò, rector Ecclesiæ recipiens Canonem ab emphyteuta pro tempore præterito, ptæjudicat Ecclesiæ caducitate rei, Capyc. dec. 18. nn. 10.

Decimò, locatio de rebus Ecclesiæ solùm ad triennium fieri potest, per Extravagantem Ambitiose de reb. Eccles. non alien. Et dixi supra in verb. alienatio, sed non potest fieri per triennium cum pacto ad renovandum, quia esset in fraudem legis prohibentis, Tiraq. de retract. convient. in prafat. nn. 2. Et de utroq. de retract. §. 23. gl. 1. nn. 10.

Vndecimò, quando quis cogatur locare nulli alteri quam locatori, vide Vinc. de Fran. decif. 123, per totam.

Duodecimò, an locatio facta per beneficiatum expiret motte ipsius, vide Abb. in c. ad audientiam; num. 2. de reb. Ecc. non alien. Et in c. novum genus, nn. 6. de decim.

Decimotertiò, locatori fit remissio propter sterilitatem, & non emphyteuta, Iason. l. n. 13. Et 36. de jur. emphyteut.

## LIMITES, ET TERMINI.

Quando possint præscribi, & adhærentia sibi, vide Innoc. in c. super eo, de paro. Et in c. eo. & Abb. ibidem, & quomodo probentur, vide in ver. libri, num:

3. & cuius territorii, seu jurisdictionis sint, vide Innoc. in cap. pen. vide in ver. confinia, 13. an emphyteutæ, qui solvere cessavit Ecclesiæ Canonem per biennium, vel per tempus stipulatum, habeat locum ignorantia? Respondetur quod sic, prout in c. quis, & ibi Dyn. nn. 4. dere. jur. lib. 6. & Gom. in c. 2. nn. 50. de constit. lib. 6. facit c. non est in mora, de re. iud. cod. lib. 6.

## LUPANARIA, ET MERETRICES.

Primò, lupanaria, & meretrices, Ecclesia, & totius Christianæ Reipublicæ Principes permitunt ad evitandum majus malum, D. Aug. lib. 2. de ordine, Et lib. 14. de Cœvit, Dei. c. 18. D. Tho. 2. 2. q. 8. ar. 2. in corpore, Nav. c. 17. num. 195. lib. A. Et B. Covar. de sponsal. i. p. c. 4. nn. ult. Vide Iason. in l. cunctos populos, num. 57. ver. sicut tolerat, de sum. Trinit. Et fide Cathol.

Secundò, meretrices an debeant audiiri in Confessione sacramentali? Respondetur affirmativè, c. quod quidam, de pœnit. Et remiss. sed non sunt absolvendæ, nisi certò promittant abstinere in futurum, quod probabiliter tunc credi potest, quando relinquunt re ipsa tum peccata, tum peccatorum occasiones, ea, cum ab omni, de vita Et honest. cler. idem gloss. in c. peccatum, in fi. de reg. iur. lib. 6.

Tertiò, per istam confessionem satisfaciunt præcepto Ecclesiæ, prout in c. omnis, ver. sexus eod. tit. Ratio est, quia per confessionem informen satisfit illi præcepto, Sum. Sacram. quest. 163. &c.